

**Dissertatio medico-practica inauguralis, de peripneumonia vera ... /  
Eruditorum examini submittit Carolus Carnier.**

**Contributors**

Carnier, Carolus.

**Publication/Creation**

Lugduni Batavorum : Apud Joannem Bos, 1761.

**Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/ucv3c8mk>

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

DISSERTATIO MEDICO-PRACTICA  
INAUGURALIS,

D E

PERIPNEUMONIA  
V E R A.

Q U A M ,

FAVENTE DEO TER OPT. MAX.

*Ex Auctoritate MAGNIFICI RECTORIS,*

D. GERLACI SCHELTINGA,

J. U. D. ET JURIS CIVILIS IN ACAD. LUGD. BAT.  
PROFESSORIS ORDINARII,

N E C N O N

*Amplissimi SENATUS ACADEMICI Consensu ,  
& Nobilissimae FACULTATIS MEDICAE Decreto ,*

P R O G R A D U D O C T O R A T U S ,

Summisque in MEDICINA Honoribus & Privilegiis  
rite & legitime consequendis ,

*Eruditorum examini submittit*

C A R O L U S C A R N I E R ,  
WADDIXVENIENSIS BATAVUS , CIVIS SCHOONHOVIENSIS.

*Ad diem 24. Novembris MDCCCLXI. H. L. Q. S.*



L U G D U N I B A T A V O R U M ,  
Apud J O A N N E M B O S , 1761.

DISSERTATIO MEDICO-PRATICA  
DE MATERIA MEDICA

# АЛГОРИДИМЫЕ ПРЕДСКАЗАНИЯ

АЛГОРИДИМЫЕ  
ПРЕДСКАЗАНИЯ

АЛГОРИДИМЫЕ  
ПРЕДСКАЗАНИЯ

АЛГОРИДИМЫЕ  
ПРЕДСКАЗАНИЯ

АЛГОРИДИМЫЕ  
ПРЕДСКАЗАНИЯ

АЛГОРИДИМЫЕ  
ПРЕДСКАЗАНИЯ

АЛГОРИДИМЫЕ  
ПРЕДСКАЗАНИЯ

АЛГОРИДИМЫЕ  
ПРЕДСКАЗАНИЯ

АЛГОРИДИМЫЕ  
ПРЕДСКАЗАНИЯ

АЛГОРИДИМЫЕ  
ПРЕДСКАЗАНИЯ

АЛГОРИДИМЫЕ  
ПРЕДСКАЗАНИЯ

АЛГОРИДИМЫЕ  
ПРЕДСКАЗАНИЯ

АЛГОРИДИМЫЕ  
ПРЕДСКАЗАНИЯ

D. JANOS AVARAS  
PLURIMUM REVERENDIS,

NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS,

D. GERARDO CARNIER,  
ORACULORUM DIVINORUM INTERPRETI FIDELIS-  
SIMO, EMERITO DIGNISSIMO,  
PARENTI OPTIMO, OMNI, QUA PAR EST, PIETA-  
TE ET REVERENTIA AETERNUM PROSEQENDO.

D. FRANCISCO LIETAERT,  
J. U. D.

BAILLIVO CHOMARCHO ET SECRETARIO IN PAGIS  
NIEUKOOP, NOORDEN, ET ACHTIENHOVEN,  
FRATRI AFFINITATIS VINCULO MIHI CONJUNTO,  
CARISSIMO.

D. PETRO DOESBURG,  
MYSTERIORUM DIVINORUM IN ECCLESIA, QUAE  
CHRISTO COLLIGITUR IN PAGO VULO VARICK,  
QUONDAM INTERPRETI FACUNDISSIMO,  
MAGNO MEO AVUNCULO, OMNI HONORE ET A-  
MORE COMPLECTENDO.


D.

D. J A N O a v a n I V O O R S T ,  
G U B E R N A T O R I S U P R E M O Q U O N D A M I N R E -  
G I O N E G U I N E A E .

D. T H E O D O R O L A M B E R T O  
D O E S B U R G , J. U. D.

T O P A R C H A E I N V A R I C K E T W Y E N R A A D E N ,  
C O G N A T I S M E I S E X O P T A T I S S I M I S A D R O -  
G U M U S Q U E C O L E N D I S .

S A C R U M .



DISSE<sup>T</sup>RAT<sup>I</sup>O MEDICO - PRACTICA  
INAUGURALIS  
DE  
PERIPNEUMONIA VERA.

§. I.



xacto vitae Academicae cursu, summos artis Medicæ celebratissimæ honores ambire, sustineo. Ad eos rite consequendos, specimen editorus Studiorum, animum induxi, de *Peripneumonia Vera* agere. Haec inter morbos, quibus genus humanum non raro afficitur, gravissimos a Medicis Practicis referri solet. Inflammatio est, magis minusve

A

nusve

## 6 DISSERTATIO MEDICO - PRACTICA

nusve vehemens, quae proxime in pulmones, tam dextrum, quam sinistrum, vel in utrosque simul incidere potest. Amplissimam ejus, si vel solam quis spectet, considerationem esse, versatus parum in Praxi nemo non noverit. Quare brevitatis studiosus historiam Viscerum illorum thoracis principum Anatomicam omittendam duxi. Licet eam ut notam hic supponere, quam ceterum describere, non injundum foret. Aggredior ergo rem ipsam, & tenuitatis meae probe conscius, rogo L. B., ut conatus juveniles aequi bonique consulere velit.

### §. I I.

Peripneumonia nomine sic vocatur Graeco, composito ex  $\pi\epsilon\rho\lambda$  &  $\pi\nu\epsilon\mu\omega\nu$ , origine sua affectum, circa pulmonem nascentem, latinis innuit. Significatio autem haec ejus generalis uti olim, ita & nunc, Medicis stricte denotat *inflammationem*, vel *phlegmonem pulmonum*, nec non *membranarum*, *viscus illud cingentium*, cum febre acuta, anxietate, *spirandi angustia*, *tussi*, dolore gravativo, magis minusve acerbo &c. *conjunctam*. Definitio haec, ut appareat, peripneumoniam sistit *veram*, quam distinguere oportet a *Notha*, vel *Spuria*, quae a priori tam ortu suo, quam decursu plurimum differt. Notissimum est, veram illam a Practicis dispesci in *humidam* & *sicciam*, *Idiopathicam*, & *Symptomaticam*, *Sporadicam*, & *Epidemicam*. Species hae quales sint, & quomodo discrepent, facile cognoscitur. Sed necessum erit, peripneumoniam, modo

modo definitam, accuratori indagationi subjicere. Inflammationem istam proxime vel pulmonum va-  
fis, vel membranis ut diximus accidere, cadave-  
rum, morbo illo, extinctorum, inspectio, causa-  
rum applicatarum vis & effectus, inde redundan-  
tes, clare docent.

## §. III.

Interea, quae Nobis consideranda sunt, primo occurunt *signa diagnostica*, quibus peripneumonia (§. II.) praefens sese prodat. Necesse est ea bene perspecta habeantur, ad hostem, quo medico conflictandum, recte detegendum. Illa vel *communia* sunt cuilibet inflammationi, ut febris acuta, dolor, aestus, & symptomata plura; vel *propria*, quae ad peripneumoniam solam pertinent. Posteriora tam multa & varia habentur, ut ad certas classes vix revocari possint. Observant Practici, qui iis describendis operam dederunt, memorantque anxietatem summam; respirationem difficultem; & quandoque stertore molestam, angustationem thoracis, cum obtusi doloris sensu; jactationem corporis; genarum oculorumque ruborem, e livido in purpureum vergentem; tussim valde incommodam, vel sicciam, vel humidam, accidente excretione sputi, sanguinolento-faniosi, viscoli, flavescentis; pulsum debilem undosum, saepissime inaequalem & intermittentem; frigus in extremis, quod pessimum, & calorem summum in interioribus; debilitatem subitaneam; pervigilia; deliria magis minus-

ve intensa; decubitus inflatus adfectum aegeratum; nares expansos; linquam exsertam; &c. Quo jam plura horum signorum simul emergunt; eo plus portendere periculi, ex Prognosi mox patebit. Non omnia vero, quae enumeravimus, simul & semper adsunt; sed alia aliaque pro sedis inflammationis diversitate, morbi vehementia, & duratione.

## §. I V.

Ne inter tot signa, quot prodeant (§. III.), dubii haereamus; Medici sagaciores quaedam constituunt, *Pathognomica* dicta. Haec ordine sequuntur notanda, distinctam veluti morbi interni faciem exhibentia. Peripneumonicus continua laborat febre acuta; anhelat multum & aegre spiritum dicit; tussit acriter cum vel sine sputi evacuatione, & dolorem sentit gravativum, plus minus ingratum in pectore, & suffocationis anxietate premitur.

Ut vero peripneumonia vera a spuria dignoscatur; scire oportet, illam plerumque invadere exercitatos, robustioresque homines; & alteram debiliores, minus actuosos, leucophlegmaticos, Catharrosisque fluxionibus obnoxios. Priorem itidem frequentius infestare aetatem consistentem, juvenilem putas & virilem; Posteriorem senilem. Veram porro nasci ex spissitudine inflammatoria; Notham ex Viscido lento, inerti, pituitoso & frigido. Quibus addendum, peripneumoniam nostram ut plurimum quam subitissime exoriri, graviora statim inducere

symp-

symptomata, eaque brevi ad *axum* tendere; & spuriā lentiori gradu procedere. Quibus accurate perpensis, certa peripneumoniae verae diagnosis obtinetur.

## §. V.

Verum non pauca ex enarratis (§. IV.) signa peripneumoniae cum pleuritide communia existere, constat. Ad ea curate distinguenda, ne error oritur, animus sedulo adverti debet. Observatur nempe peripneumonia majorem parere anxietatem, & suffocationis metum, quam pleuritis, in qua etiam dolor saevit atrocior, punctorius, & lacinans; Pulsus praeterea adest durus, & renitens, qui peripneumonicis, imminuto multum, vel impedito sanguinis transitu a corde dextro ad sinistrum, molles evadit. Quid? quod doloris, quoque sedes differat, & vomitus in peripneumonia frequentius, quam pleuritide, suboriatur. Peripneumonia demum ab asthmate distinguitur praegressa vel comitante febre, & reliquae illius species (§. II.) signis evidentissimis patent. Ita epidemicae sunt, si plures eodem tempore corripiantur aegri; symptomaticae, si per metastasin materies inflammatoria ex alio loco ad pulmones sit delata; sicque de ceteris, quibus recensendis non opus est inmorari.

## §. V I.

Proximum est, convenienti naturae ordine, peripneumoniae genesin speculari, quae Nos ad *causarum* ejus perlustrationem recta dicit. Variae illae sunt tam forma, quam vi sua, qua magis minusve violentam agunt tragoediam. Possunt commode, distinctionis doctrinae causa, in *universales*, cuilibet inflammationi communes; & *Particulares*, inflammationem determinato quodam modo in organum pneumaticum dirigentes, dispesci. Missis prioribus, ne a scopo aberretur; posteriores dedito studio enumerare & expendere oportet. Solent, melius ut perspiciantur, in medicorum Scholis in proximam & remotam distingui; licet certa quadam ratione physica omnino cohaereant.

## §. V I I.

In enumeratione causarum peripneumoniae (§. VI.) primo quidem loco *proxima* describenda venit. Ea est ejusvis, qua immediate, seu directe, ut loquuntur, peripneumoniam producat, praesentemque a principio ad finem complectatur. *Vera*, quae merito admittenda, rejectis aliis, ingeniose fictis de acido, in humoribus peccante, similibusque, consistit in *obstructione calida cum diathesi inflammatoria*, arteriosis pulmonum *vasis infixa*, accedente valido motu a tergo, febris acutae impetum sequente.

Re-

Remotae , quae appellantur duplicis statuuntur generis , nempe *praedisponentes* & *procatarepticae*.

## §. VIII.

*Praedisponentes* (§. VII.) peripneumoniae cau-  
sae , omnibus illis continentur dispositionibus , qui-  
bus corpus , cui insitae , p̄ae aliis inflammationi  
illi obnoxium reddatur. Inter eas primo se offert *ae-  
tas* , cujus qualicunque vitio juniores , & artubus  
valentes magis , quam senio affectos homines in  
peripneumoniam inclinare , constat. Spectat huc  
etiam *plethora* , quae plurimum , ut sic dicamus ,  
inflammationi favet , adeo ut & materiem & cau-  
sam subministret. Ansam porro praebet *praeternatu-  
ralis thoracis conformatio* , sive sit a nativitate , vel  
alia causa adversa ; testibus gibbosis , similibusque ,  
quibus frequenter pleura pulmonibus accreta esse so-  
let. Sed praecipuis hisce causis annumerari possunt  
& debent *crebriores* ejusdem *mali redditus* , qui ,  
quo plures sunt , eo majorem iterum iterumque in-  
vadendi potestatem nancisci , videntur. Quibus  
demum adjici possunt multifaria *artificia* , Metal-  
lurgis , Chimistis , Lapicidis &c. maxime fatalia ;  
aci frigore horrens *aëris tempesties* ; status *gravidi-  
tatis* &c. Verum utut saepissime praedispositiones  
adsint ; non tamen semper ad peripneumoniae ge-  
nerationem absolute requiruntur. Evidem inflam-  
matio illa quin in hominem , integerrima valetudi-  
ne praeditum , & nihil forte seminii morbosí alen-  
tem interdum irrumpat , nemo facile dubitet. Pos-  
sunt

sunt certe occasio[n]ales caufae adeo violentae contingere, quae proxime organum incurant pneumaticum, & sine ulla praedispositione peripneumoniam gignant.

## §. I X.

*Occasionales* peripneumoniae causas omnes illae habendae sunt, quae faciant, ut sanguis in pulmonum arteriis statim concipiatur. Differunt vehementer inter se, & resident vel in solidis, vel fluidis, vel utrisque simul. Partes solidae enim vasculosae, Pathologia Medica docente, possunt per έμφραξιν, aut θλίψιν, vel σενοχωρίαν &c. tam vehementer impediri, ut aequalem humorum cursum intercipiant. Fluida spissitudine morbosa, varia cacoquimiae inducta specie, adeo etiam mutare queunt, ut mobilitatem permeabilitatemque suam exuant. Ad haec referre licet errores loci, humoribus ex serie sua in alienam, minus patentem abductis. Paucis, quidquid liberum sistat humorum motum, vel impedit, cooriente stimulo febrili, sistema nervum nimirum lacescente; id causarum occasionalium classi inscribendum. Ad hanc a longo jam tempore res quaedam, quas *non naturales* appellant, reduci solent, numero sex statutae, quae sunt 1° Aer; 2°. Cibus & potus; 3° motus & quies; 4° somnus & vigiliae; 5° Excreta & retenta; 6°. animi affectus.

## §. X.

## §. X.

Instituti ratio jubet, ut perquiratur quaenam res non naturales, & quomodo, peripneumoniam in generent. Inter eas principem tenere locum *aerem*, apertum est. Hic, quo nemo nec per minimum temporis carere possit, multiplices subit vicissitudines, foecundae peripneumoniae genetrices. Externus intemperatus, proxime per os in pectus ruens, intrat pulmones, eosque necessario noxiis qualitatibus suis plus minus graviter adficit. Qualitates illae sitae sunt in humiditate, siccitate, calore, frigore, gravitate, levitate, & impuritate, ab exhalationibus causticis, adstringentibus, coagulantibusque nata. Aer jam humiditate sua peripneumoniam creare posse, facile demonstratur. Talis enim laxando fibras vasorum pulmonalium, actionem eorum debitam in humores imminuit, illosque, spissiores factos, in vasculis minimis stagnare cogit. Idem, sic constitutus perspirationem sanctorianam vehementer remoratur, eoque ansam dat mucosis ferolisque humoribus, in pulmone accumulandis. Si siccitate peccet aer, nihil minus, quam humiditate sua, pulmonibus nocet. Facit enim, ut sistema aeriferum, subducto madore naturali, exarescat, avolent subtiliora, crassiora coeant, & omnia quasi habitum inflammatorium contrahant. Mutationes hae incident graviores, si atmosphaerae calor accedit, quo urente, sanguinis nostri motus non potest non acrius intendi, diffratio mobiliorum

B

rum

rum augeri &c. Sed nihil mitius calidiori justa agit aer frigidus. Hic inimica, qua pollet, vi constrictit vasa, sanguinemque inspissat, adeo ut angustiores vias debite percurrere nequeat. Atque hinc fieri solet, ut tempore hyemali acutiori, plures exsurgant inflammationes, quam aestivo temperato, praesertim si simul motus animalis validior instituatur. Aer porro, praeter modum gravis, ceu aucto pondere corporis ambitum premendo, vasa angustat, humoresque a periphera ad centrum urget, compellitque. Unde aptam nasci conditionem ad inflammationem contrahendam, liquido appetet. Contra levior aer, quam salubris esse solet, imminuta pressione, solida nostra ad majorem dilatationem disponit, qua accidente, liquida, superato tono naturali, illa distendunt, & in vasorum ordines subtilliores excurrendo inflammationem per errorem loci creant.

Caustica tandem, adstringentia, vel coagulantia, pulmonibus nostris maxime adversa esse, in confessum venit. Etenim, ubi illorum superficiem internam attingant, excitato spasko, fibras adstringunt, & adeo arctant vascula, ut fluida intercepta inflammatoriam induant naturam. Hinc non in frequenter contingit, ut ejusmodi pernicialibus valde particulis inquinata Atmosphaera, violente oboriantur inflammationes, brevi saepe numero funestae. Quo plures nunc ex memoratis qualitates nocivae aeri inhaerent; eo plus nobis minantur periculi.

## §. X I.

In expositione causarum Peripneumoniae occasionalium ad *ingesta* transeundum est. Haec, quae ad cibum & potum referri solent, vel *quantitate*, vel *qualitate*, peccare vulgo dicuntur. Quod quantitatem attinet; haec, multos inter morbos, variosque, pulmonum inflammations ingenerare potest. Distentus enim nimis ventriculus cibis cedit facile & antrorsum & sursum, eoque represso diaphragmate, obstat, quo minus thorax rite amplietur.

Quo facto, statim iter sanguinis per pulmones impeditur, ejusque in extremis vasculis stagnatio producitur, quae, si febrilis stimulus innascatur, obstructionem inflammatioram excitet. Hujusmodi casum infelicem, & notatu dignum, ab erudito Medico & amico exoptatissimo, W. L. VEERMAN mihi relatum memini. Observasse se nempe dixit, Peripneumoniam ortam homini, qui panis calentis nimium ingesserit, praegressis summis anxietatibus. Praeterea ubi plus alimentorum, quam natura ferre queat, sumitur, abundantior chylus, multis scatens cruditatibus, ad interiora raptus, sanguinem onerat, & inquinat, ita ut vasorum pulmonalium angustiis impactus ad stasin inflammatioram deducatur.

## §. X I I.

Ad *ingestorum qualitates* noxias pervenimus. Hae principum Practicorum consensu, vel pendent ab

indole *acri*, vel *viscida*, vel *oleosa*. Extra dubium positum est, acria ex primis viis in systema circulatorium posse irripere. Ingressa hoc, irritando yasa, sanguinem circumvehentia, motum ejus reddere rapidiorem, nimium accendere calorem, & peripneumoniam conflare. Viscosa si fuerint ingesta, idem quoque malum invehunt. Fatendum quidem, quod primae digestionis officinam maxime gravent, & viscera abdominalia infarciant. Verum tamen possunt & inquiline mista, & diluta humoribus, ad pulmones deferri, & ibi inflammationem citius tardius procreare. Si tandem ingesta oleo redundant, humoribus saepissime Phlogosin induci, constat. Etenim moleculae ejus crassiores & tenaciores, per massam sanguineam diffusae, yascula minora facile insident, obturant, & rancorem noctae, pessimo stimulo inflammationis causae evadunt. Uti jam esculenta, ita etiam potulenta noxia valde deprehenduntur. Frigida alia, calente corpore hausta, perniciosa vim suam tum liquida inspissando, tum constringendo solida exercunt. Acida, calide adhibita dum partes firmas laxant valide, & enervant, fluidas autem dissolvunt, & attenuant, errores loci producunt. Spirituosa volatilia aestu illato corpus incendunt, eoque ut & effecto sanguinis coagulo peripneumoniam excitare valent.

L I X . 2

§. X I I I .

## §. XIII.

Quomodo jam *motus* & *quies* peripneumoniae ortum praebent, ordine nunc dispicere oportet. Sed de animali justo incitatori, primo dicendum est. Hic quando nimis diu continuatur, humoribus circulantibus maximum addit velocitatis gradum, & ubique nimium diffundit calorem. Unde necessario dissipatio liquidorum, crassiorumque condensatio existunt, quas stasis inflammatoria plerumque sequitur, ex qua, pulmonibus infixis, peripneumonia provenit. Possunt huc referri omnis generis exercitia validiora, & imprimis illa, quibus maxime agitatur organum respirationis; ut clamores, tubarum inflatus, cantus, sternutatio, tussis &c. Quies, diu nimis protracta, contrario modo inflammationem nostram gignit. Quandoquidem lentorem humoribus & solidis inertiam creat; fieri potest, ut vasa pulmonalia obsessa adveniente febri, impetu augente circulationis, revera inflammentur.

## §. XIV.

Causis procatarethicis Peripneumoniae jure meritoque annumerantur *somnus* & *vigiliae*. Utriusque excessus est, qui noxam adfert. Prioris effectus convenient proxime cum iis, qui a nimia quiete profiscuntur (§. XIII.) Posterior vero causa, quae in vigiliis nimiis constat, motus fervidioris impressiobus fortioribus respondet, ita ut in classe causarum locum sibi hic vindicet.

## §. X V.

Quibus perspectis; *excretorum & retentorum* vis Peripneumoniam suscitandi, facile cognoscitur. Excreta, (ubi ea egeruntur, quae forent retinenda,) si modum excedant, sive per vias emittantur naturales, vel praeter naturales, saepe numero inflammationes peperisse dirissimas, observantur. Ratio, quae doceat experientia, amplectitur. Certissimum est, excretionibus nimiis corpora ita exhausti possent, ut vires vitae concidant. Hinc languentibus maxime actionibus vitalibus, humores degenerant, spissescunt, & haerent inertes. Sed mobiliora sensim magis magisque secedunt, remanent inertiora, figuntur, & obstrukiones faciendo, quamvis lentas vel frigidas, possunt successu temporis injicere inflammationem. Retenta, (ubi intus in corpore continentur excernenda) quae varia sunt, ad genesis inflammationis plurimum faciunt. Ubi salutaria ceterum, qualiacunque fuerint, retinentur, plethoram conficiunt, inflammationis causam frequentissimam (§. VIII.). Eodem ex fonte variae fluunt corruptiones, congestiones, stagnationes, metastases, &c.

## §. X V I.

*Animi affectus* inter causas Peripneumoniae proctarcticas maxime eminent. Incredibile est, vehementiores paulo si excitentur, quam mirifice totam

tam fere vitae oeconomiam convellere possint. Omnis fere generis motus praeternaturales sunt, in quos homines conjiciunt. Ex iis non raro consequuntur inflammations subitissimae pessimaeque. Proponamus E. G. nobis hominem, terrore corruptum graviori. Ille fulmine veluti percussus quandoque obrigescit statuae ad instar, interdum animo cadit, horrore perfusus frigido; aliquando convulsionibus tentatur, & spasmis violentissimis aliaque subit plura horrenda valde mala. Constrictis partibus exterioribus, sanguis ad interiora pulsus, opprimit cor & pulmones, ita ut ibi & obstruat vasa, & inflammet.

### §. XVII.

Praeter causas expositas peripneumoniae occasio-  
nales occurunt adhuc plures. Tales sunt, quae  
potissimum nominandae, metastases, praegressos  
sequentes morbos. Evidem notissimum, materiem  
inflammatoriam, purulentam, & qualemcumque pra-  
vam, ex alia, magis minusve remota corporis nostri  
fede ad pulmones posse transferri, & inflammatio-  
nem adducere. Haec quin etiam quam maxime  
metuenda sit, in hydrope pectoris, empyemate  
&c. nemo Medicorum amplius dubitat.

### §. XVIII.

A causis peripneumoniae ad effectus investigan-  
dos accedimus. Hi exhibent proprie, qui sensibi-  
les

Ies sunt *symptomata*, eaque varia referuntur. Non abs re erit, praecipua, in diagnosi proposita, paulo curatius hic perpendere. Inflammatione scilicet enata, vascula pulmonum variam, & magis minusque incommodam sustinent violentiam. Hinc praeter modum distenduntur, atteruntur percellunturque, adeo ut tumor inflammatorius magis magisque crescat, ut & calor, dolor, anxietas &c. Praeterea, obstructis pulmonibus, sanguis a capite descendens circa cor dextrum accumulatur, & occupat vasa altiora exterioraque; unde facies tumet, turget, rubet &c. Solet insuper peripneumoniam comitari respirationis difficultas, quae a pulmonum infarctu ortum dicit. Ex quibus etiam patet, cur peripneumonici non nisi parum spiritus, eumque creberrime trahant. Natura, cum inspiratione commoda perfungi nequeat, ut saluti prospiciat periclitanti, breviori saepiusque repetita utitur. Certis quoque observationibus constat, exspiratum aerem semper solito esse calidorem, aestus interni praeternaturalis effectum. In peripneumonia dein semper vere magis minusve violenta insistit tussis. Haec ab agente intus hostili stimulo proficiscitur, & praefat fere, idem, quod concussio major. Streptitus insuper haud infrequens in pectore audiri solet. Oritur ille vel a siccitate, calore inflammatorio producta, vel ab inspissatione humorum. Tandem accedunt adhuc coeffecta varia, ex prohibito sanguinis sensu vel reditu e cerebro redundantia; E. G. coma, phrenitis, delirium, pervigilium, paralysis &c. Atque haec praecipua sunt, quae

quae ad peripneumoniam pertinent, symptomata. Pos-  
sent quidem, si animus esset, auctores evolvere,  
addi plura; sed sufficient scopo nostro allata.

## §. XIX.

Ad plenius cognoscendam peripneumoniae natu-  
ram, necesse est, ejus *prognosin* exhibere. Haec  
Medicum instruit de vario morbi exitu, secundo,  
vel sinistro, magis vel minus periculoso. Liquet,  
spectato pulmonum in microcosmo usu summo, eo-  
rum inflammationem nunquam parvi momenti esse  
habendam. Certe nulla actio vitae magis necessa-  
ria nobiliorque datur, quam respiratio, qua laesa  
ergo in loco ancipiti plerumque versatur aeger. Quid  
ni omni momento periculum increscit, cito dum  
augetur morbus ex eo, quod sanguinis undae, conti-  
nuo advolutae, in locum obstructum impellantur.  
Sed, quod plurimum infert discriminis, est irre-  
quietus pulmonum status. Vix videtur materies in-  
flammatoria ex angustiis suis expediri posse, nisi  
adsit quies, vel conciliari possit. Quare, impedi-  
ta, vel multum tardata, resolutione, mutationes  
graviores sensim gravioresque imminent. Quod de-  
mum arti multum adversatur, est morbi sedes, ad  
quam proxime remedia applicari nequeunt, & ple-  
raque plus minus mutata tantum pervenient. In ge-  
nere autem, ut certa quaedam prognosis formetur;  
notandum sedulo, periculum majus minusve subesse  
peripneumoniæ, prout in diversæ temperiei corpo-  
ra incidat, atque a gravioribus, vel levioribus,

C

causis

causis sit excitata, quibus effectus respondeant. Notant Observatores, fide digni, peripneumoniam in strictioris compagis hominibus, ceteris paribus, majori cum periculo conjunctam esse, quam in laxioris contextus. Inde magis exitiosam evadere viris, quam femellis, in quibus ob vasorum laxitatem, teneritatem, & humorum gravitatem minorem, resolutio felicius succedat. Apparet hinc, quid statuendum de corporibus exercitatis, vel otiosis, calidis vel frigidis, junioribus vel senioribus (§. VIII). Verum tamen periculi magnitudinem tuto semper causarum plurium, vel pauciorum, gravitate metiri licet. Ita minor longe ab aliqua accidat aeris intemperie quam emanationibus venenatis &c. Major autem, ubi inflammatio ceu secundarius morbus alio supervenit, & contra. Metastasis enim, undeliberat oriunda, si ex ignobiliori ad nobilius viscus pertineat, prostratis jam naturae viribus, semper suspecta & pertimescenda esse, animadvertitur. Ex quibus, quae ad symptomata spectent, animo facile assequi dantur. Scilicet quo numerosiora vehementioraque concurrunt; eo praesentius adesse periculum, & contra. Quare, quo respiratio magis interclusa, dolor pertinacior, sputorum ejectio parciior, fitis flagrantior, febris acutior, frigus extre- morum insignius, interiorum calor urens, excretiones inordinatiiores; eo omnia pejora existunt. Possent ad haec revocari diversi gestus aegrotantium, manuum crebrae ad caput sublationes, earundem jactationes, festucarum flocculorumve venatus &c. Crustae densioris, inflammatoriae dictae, apparitio in

in sanguine, vena educto; urina sanae ut & aquo-  
sae simillima; sudores circa cervicem & frontem,  
& similia symptomatum gravissimorum nomine a  
Medicis Practicis perhiberi solent. Sed ratio maxi-  
me habenda pulsus, qui, quo inaequalior, debi-  
lior, & mollior; eo circulationis status angustior  
obtinet, & discrimine plenior. Atque haec, ut  
deterrimam rerum faciem, & plane funestam non  
indicent; sinistri tamen praesagii recte habentur.  
E contrario laeta affulget spes, symptomata si le-  
viora emergant, & benigniora, quippe quae mi-  
tiorem morbi indolem praese ferunt. Hinc boni  
multum promittunt toleratio morbi facilis, libe-  
rior respiratio, doloris lenitas, sputorum expeditior  
proventus cum levamine, fitis multae absentia,  
caloris temperies aequabilis, excretionum natura-  
lium laudabilis eventus, somni arctioris comple-  
xus, sudorum moderata diffusio &c. Certe haec si  
obseruentur; natura & ars triumphum canant.

## §. X X.

Consideratio nostra nunc eo deducta est, ut *Pep-*  
*ripneumoniae exitus dicti se offerant contemplan-*  
*dos. Diversi sunt, quemadmodum in aliis inflam-*  
*mationibus, & tendunt vel ad sanitatem; vel*  
*alios morbos; vel ad mortem. Faustissimus acci-*  
*dit, qui benigna vocatur resolutio, ad quam proxi-*  
*me accedat evacuatio critica. Resolutio laudata vi*  
*vitae fit superstitis, artisque salutaris convenientibus*  
*auxiliis adjuta, ubi materies inflammatoria, in*

C 2 me-

meabilis & fixa, dissolvitur, moveturque mobilis; adeo ut vel recta in venas transeat, vel retrograda via in vasa majora remeët. Optimus omnium utique, & optatissimus merito salutatur hicce even-tus. Qui contingere solet, si motus non sit nimis vehemens; inflammatio non admodum saeva, nec obturatio nimis magna, nec firmiter infixa, tem-peries laudabilis, blanda humorum crasis, & mor-bus non nimium proiectus. Neque evacuatio cri-tica parum se probat, licet gravior exarserit peri-pneumonia, dum materies morbifica, minus assi-milata, natura vel sola, vel arte ministra, & ad-jutrice, foras elicetur. Frequenter excretio ejus-modi per expectorationem fit, qua sputa prove-niant. Haec boni plurimum praenunciant, si cum le-vatione symptomatum copiosa exeant, & probae indolis; qualia sunt blanda, e flavo albicantia, bene cocta, parum sanguinolenta, nec foetorem spiran-tia. Contra vero, si appareant purulenta, icho-rosa, multum cruenta, vel fusca &c. Observatur quoque materies critica quandoque una cum humo-ribus sanis ad tubum intestinalem devehiri, & renes. Quinimo devehiri, sed rarius ad uterum, nascente menstruorum fluxu uberiori; adnares, supervenien-te haemorrhagia larga, ad amplissimam regionem cutis, & eliminari foras specie sudoris.

### §. X X I.

*Secundus peripneumoniae exitus (§. XX.) mul-tos variosque complectitur morbos, quos inde ori-ri,*

ri, quotidiana docet experientia. Sic, elapso resolutionis termino, instat ut plurimum *suppuratio*, vel *funeratio partis*, quae *gangraena* audit, vel *scirrhus*. Eveniunt & alia inter mala metastatica deliria, phrenitides &c. Quod si accidit *suppuratio*, quod verbo monuisse sufficiat, nascitur apostema, ruptis successive vasis inflammatis, & cum effusis liquidis mirabili quodam modo in liquidum aequabile pus dictum conversis.

Quae actio futura quo pacto praenoscat, & praesens dignoscatur, inquirere supersedemus, relegantes L. B. ad Dissertationem Inauguralem experti viri W. L. VEERMAN, Anno 1755. editam. Verum, quod praecipue notandum si abscessus in pulmone genitus, quem vomicam dicunt; haec continuo magnitudine sua crescere potest, adeo ut totum occupet pulmonem. Ea tunc non raro in phthysin transit, magis minusve desperatam &c. Ubi subito rumpitur, pure in asperam arteriam rejecto, aliae adversitates alias sequuntur. Miser aeger, praeclusa aeris via, subito apnoicus redditur, & si puris magna affluat vis, suffocatus perit. Idem abscessus, ubi disruptus pus fundit in cavum thoracis, novus incidit morbus, nempe empyema. Innotescit hoc ex eo, quod nulla praecesserit expectoratio, nec metastatica quaedam depositio puris ad alia loca, detecto tamen apostemate; unde iterum novae inducuntur calamitates, quae plerumque non nisi cum morte silent. Post empyema remanet ulcus, & fomes, si pus non omne resorptum abducatur. Quod eo tempore intercedit levamen, parvum est, & breve evanescit.

Prout vero pus ad alia aliaque viscera, vel organa, agitur, diversa majoraque, vel minora, creat mala, quae suis ex effectibus cognoscantur. Fiunt tamen, felici saepe cum eventu, abscessus ad aures, vel crura, hypochondria &c. Quae metastases an futurae sint, & quando, certis ex signis praedici nequeunt. Sagaciores Medici solent tunc agere tantum spectatores, ut ea attente observent omnia, quae natura curatrix activa moliatur. Ubi autem pus ad aliquam partem fertur, incipit ea magis magisque dolere, calere, tendi, tumere &c. Reliqua, quae huc pertinent, brevitatis studio praetereunda videntur.

### §. X X I I.

Exitus peripneumoniae in *scirrum* certa ratione ex inflammationis labe consequitur. Difficilis ille cognitu, forte solum ex praegressa phlegmone irresolubili, absente suppuratione, cum respiratioне laboriosa & anxia nasci concipiatur. Contingit, quando materies inflammans lentior vasis tam alte & firmiter inhaeret, ut cum iis in tumorem durum, asperum, & indolentem abeat. Oritur hinc maxime, ubi sanguinis motus multum torpet, & inflammatio insidet arteriae bronchiali. Contra haec dum arteriam pulmonalem tenet, ob humorum irruentium impetum ad suppurationem, vel & gangraenam, decurrit. Postrema haec affectio, si que alia, maxime metuenda est. Nascitur ab incitatissimo humorum incursu in loca obstructa & inflammata. Humoribus multiplex tunc inesse solet acris.

acrimonia, qua citius tardius corruptant & destruant omnia. Futura gangraena animo praecipitur ex violentiorum peripneumoniae symptomatum concursu. Nata scitur, si, nulla facta resolutione, nec suppuratione, symptomata illa increscant, pergentque, nec non sputa prodeant prava, tenuia, ichorosa, livida, atra, & demum sudores frigidi. Quibus apparentibus, facies exsurgit Hippocratica cum universi corporis tabe, quae in mortem definit. Atque haec tandem ultimus est inflammacionis nostrae exitus, cuius praefagia ex dictis facile hauriri queunt.

### §. XXXI.

Omnis, quae hactenus tradita fuit, morbi theoria ad rationalem ejus curationem spectat. Haec ut rite suscipiatur, ad varios peripneumoniae status sedulo attendendum est. Hi enim ut differunt, variam quoque medendi viam ingredi oportet. In universum ea, quae agenda sunt, ad certas quasdam indicationes referri solent. Primae ac praecipuae jubent, ut 1°. omnis cura adhibetur ad citam eamque benignam resolutionem obtinendam; 2°. si isthaec obtineri nequeat, ad evacuationes criticas naturae salutares, quantum fieri poslit, provehendas. Quod ad priorem attinet; haec efficitur administratione prudenti talium remediorum, quae humores obstruentes solvant, vasa laxent infarcta, & resolutam materiem vel promoveant, vel retro pellant. Quem in finem commendatur quies corporis  
&

& animae; vapor tepidus, infundibuli ope ori, naribusque admotus; balneum pedum, manuum &c. & epispasticorum usus. Convenit etiam quam maxime victus tenuis, humidus, blandus, tenuioris potus forma exhibendus. Sed princeps, quae huc pertinet, curatio perficitur medicamentis diluentibus & resolventibus ceterisque, quae uno nomine antiphlogistica vocantur. Hisce rite adhibitis, & partibus firmis vasculosisque debita laxitas & humoribus meabilitas pristina conciliari potest. Expedit notasse, in benigniori peripneumoniae specie, non semper necessariam esse venae Sectionem, vel certe non validam, ne naturae actio turbetur. Plerumque tamen sanguinis missio maximopere prodest, nec non lenis alvi subductio. In qua medicatione, quae generatim determinari nequit, Medici prudentia omne fert punctum. Ubi natura viam monstret, qua morbus tollatur, necesse est, eam sequi, vel ad salutarem exitum dirigere. Quare si in principio cum levamine emittantur sputa; vel materies critica cum urina copiosa & crassa reddatur; vel fluxus varii, seu haemorrhagiae narium, uteri &c. oriantur; evacuationes hae convenientibus pharmacis promovendae sunt. Ea, quae & qualia sint, singulis accommodata, neminem, in praxi clinica parum versatum, fugiunt. Non opus hinc videtur in illis describendis inmorari.

Verum ubi constat, resolutionem sponte, vel artis beneficio, non succedere, nec excretiones salutares contingere; Medicus validioribus uti debet armis ad hostem pertinacem debellandum. Idcirco in

in adverso hoc rerum statu , etiam atque etiam requiritur , ut vena semel , bis , ter , vel pluries , se- cetur. Iteratam equidem & largam sanguinis detractionem indicant corpora plethorica , & robusta , quae vitae viribus maxime pollut. Contra tene- riora & debiliora magnam humorum imminutio- nem , vel eductionem , sustinere non valent. Unde liquet , in venae sectionis legitima determinatione multum esse situm. Animadvertere insuper est , quod ars praecipit , venam magno vulnere ape- riendam esse , quo crassior sanguis copiose satis profiliat. Certissimum est , in quavis graviori pūl- monum inflammatione , si sanguis extrahatur , im- minuto circulationis orgasmo , suppurationem & gangraenam optime praecaveri. Quidni etiam , subducta humorum massa , vasis libertas concedi- tur , vel potestas , fese expeditius contrahendi , eoque vel infixum retropellendi , vel compactum dissolvendi. Accedit , quod , depletis vasibus , libe- rior reddatur & abundantior remediorum ad par- tem affectam transitus. Atque parum interest , an brachiorum vena , vel alia incidatur , modo san- guinis debita eliciatur copia. Non autem in V. S. acquiescendum , sed laudata ante in auxilium vo- canda medicamenta ; quae sunt balnea vaporosa , fo- menta , cataplasma , & imprimis resolventia , di- luentia &c. Talia maximopere conducunt , si for- ma decocti , vel infusi , adhibeantur , & tepida quantitate convenienti hauriantur. Cavendum au- tem , ne abunde nimis propinata ventriculum gra- yent , & laedant. Neque minori opus est circum-

D

spec-

specione in exhibendis remediis somniferis. Mitiora anodyna usu suo se plurimum commendant. Possunt quoque leniora locum habere stimulantia ad tussim fuscitandam, qua ad expectorationem pulmo incitetur, quandoque valde salutarem. Quæ huic scopo inserviant, cum perito in arte nota sint, enarrare supersedeo. Cautelas, quae circa illorum electionem, dosin, & adhibendi modum observandæ, medentem ratio doceat. Tandem, ad curam recte peragendam, succurrunt clysmata, & quidem lenia, quæ primas vias laxando, & lubricando egregie valent. Acriora paulo possunt quandoque admitti, si ea vel morbi vis, vel aegri temperies, suadeat.

Qua ratione regimen rerum sex non naturalium sit instituendum; ex supra dictis constat. Diaeta tenuis semper imperanda, ne alimentorum, vel potulentorum, mole oneretur aeger, cui ceterum morbus satis negotii facessit!

Quibus apte dispositis, spes datur haud dubia, peripneumoniam, modo medelam admittat, quam felicissime posse tolli.

Quod si autem morbus adeo rebellis sit, ut remediis commendatis non cedat; exitus ejus reliqui graviores metuendi sunt.

In his angustiis quomodo se gerere debeat Medicus, ad officium suum debite exsequendum, ex rationali therapia patet. Nimis longum foret, ex hac, quæ petenda, bene multa, & singulari consideratione digna, hic afferre. Quam obrem

obrem hic in praesens subsisto, serio mihi gratulaturus, si ceterum instituto utcunque satisfecisse videbor.

## F I N I S.



# A N N E X A.

I.

*Aerem dari thoracicum, hactenus demonstratum non est, & an unquam demonstrari possit, dubito.*

I I.

*Anatomia totius est Medicinae fundamentum.*

I I I.

*Medicamenta, vi quacunque praedita, non eosdem in omnibus corporibus praestant effectus.*

I V.

*Venae sectio cuilibet inflammationi curandae baud quaquam convenit.*

V.

*Nulli sunt morbi, ad quorum curationem felicem diaeta non plurimum valcat.*

T E R  
I N H U L D I G I N G E  
V A N D E N  
W E L - E D E L E N  
H E E R E  
**CAROLUS CARNIER,**

MYNEN ZEER GELIEFDE BROEDER.

*Als Zyn Ed. tot GENEESHEER ver-  
heven wierd.*

Wyl ik u heeden zie na 't koor der Eere stappen,  
En onder 't bly gejuich , en vrolyk handeklappen  
Verkrygen d'Eerkroon, in het worstelperk der jeucht,  
Dat dan het Leidsch Atheen weergalme van die vreucht.  
En d'Echo neêrvalt, in *Schoonhovens* held're dreeven ,  
Om van uw' moeite, en vlyt, aldaar een' blyk te geeven.  
Zoo kroon' myn Zang-nimf, U, gedost in't Feestgewaat ,  
Daar g'in deez' rol ontvouwt der Menschen jammerstaat ,

En

Ea keurig onderzoekt , de nuttige Artzenijen ,  
Wyl gy het oog laat door een veld van kruiden weijen .  
Minerva kroon u zelfs , wyl gy treedt op het spoor  
Der schrandere Artzen , in het hooge Tempelkoor .  
Daar voor uw onderzoek , gehaalt in duist're nachten ,  
De zuchtenden al reets op uwe bystandt wachten .  
Ga heên , vertoef dan niet , zoo zy uw' wyze raat  
Den kranken tot een' steun , der zieken toeverlaat .  
En wordt 't dan eind'lyk tydt om vrucht van vreucht te  
plukken  
Dan wensche ik dat in 't kort zal naa genoegen lukken ,  
Dat men uw' zyde ziet versiert met eene Maacht ,  
Wier schoonheidt U bekoort , en 't minziek oog behaacht .

### F. LIET AERT.

TER

T E R      E E R E  
VAN      D E N  
E D E L E   H E E R E  
**C A R E L   C A R N I E R,**

Als Zyn Ed. tot Geneesheer verheven wierd.

*Kroond dan APOLLO zelus met krakende Laurieren  
Dees dag uw hoovd myn Vriend! in weerwil van de nyd;  
Wil Hy met 't Doctoraat uw schrander brein vergieren  
Als zynen echten zoon: verzuym dan moeit' nog tyd,  
Om voor het leven van den sterveling te plyten,  
Wild altyd onvertsaagd de dood uw weerstand bien;  
Dan zuld Gy zonder blaam steeds van uw pligt u quyten,  
En altyd uwe Konst met lou betalen zien.*

J. G. WILLEMSSE,  
Med. Stud.

С Я З И Я З Т

ИЩИ НАУ

ЗДЕЛЕ ИДЕЯ

КАРДИ САРИНЕР

Быть поэтом — это быть писателем.

Но писатель — это не только писатель, это еще и

человек, который умеет жить, умеет любить, умеет

думать, умеет видеть, умеет слышать, умеет пахать,

сеять, и засеивать, и засаживать, и засеять.

Чтобы писатель был честным, он должен быть честным

и честолюбивым, чтобы писатель был честолюбивым, он

должен быть честолюбивым, и честолюбивым, и честолюбивым.

Л. Г. МИЛЬЕРС

Мир Синий